



Reformations
de
Luiset
Paris

63

51

Licences de ce Recueil

Commission de 1666. pour la Reformation
de l'Université.

Arrêt du Parlement de
1689. portant Règlement
p^r le chappelle du Coll. de Beauvais.
De Beauvais.

Memoire p^r Mr Quenon

Contre Mr Goussier, qui demandoit la Procure de Normandie en 1679.
factum p^r les Professeurs mariés, & Reflexions, & Des Vies.

factum de la N. de France, Contre M. Du Mesny, qui pretendoit jouir
du droit d'Emerite, s'étant fait Docteur.

Instruction, ou Memoire pour Mr Du Boulay, contre M. Remy Duret.

Memoire, qui cite les Licences Indulgences des Messagers

memoire de Paquet

Bourgeois, contre
le Chantre.

memoire

Memoire de M. Remy Duret, pour la Censure de France.
Seconde Partie. Du factum de la N. de France, Contre les Principaux Docteurs.

Vers pour les Professeurs mariés.

Arrêt de l'Université, Contre M. Le Chantre.

Seconde Partie, Reponse aux Objections.

factum, de la faculté des Arts, Contre les gens mariés.

factum Contre le Sepulchrum des Professeurs de Theologie.

Statuta Gen. Nat. Gall. 1661.

Etat du College de Dormans, Dit de Beauvais, par Jean Goussier, Pat.
1621.


Tarif des Expéditions de Cur de Rome

faustulus, Tragedia, in Portu Blesavo, 1681.

Emile de Lise, p^r l'affaire de, Corres 1664.

Bartholomew





INTEGRIMIS
SACRATORIS CONSILII
IUDICIIBUS



Super lite Nationis Gallicanæ
discutienda Selectis.

Quantus Iudicium labor est, hoc tempore, reddi;
Cum Sorbona reos fame gravitate tuetur!
Scilicet exactis binum ver ducitur annis,
Bina æstas, & hyems, ex quo, sufflamine litis,
Protrahitur miserè, & per compita Natio currit
Gallica, Lectorum Procerum comitante catervâ:
Nec tamen usque Deos potuit superare precando,
Supplicibus scriptis, votisque, animisque, & amicis,
Ut facilem & promptam dignentur scindere litem.
Interea, in quemvis opprobria fingere doctus
Vibidius, pavone superbior ambulat, ore
Quosque bonos mordace petens; nec dum sua pendit
Supplicia, & dignas linguæ prurigine pœnas.
Ergo venenata ructabit toxica faucis
Cerberæ de gente Canis, spumaque cadente

Inficiet violas impune & lilia passim,
 Obliquans oculos; nec erit Tirynthius ullus
 Qui rabida ora premat, cogatque omne, omne venenum
 Evomere ad radios inimico à sole micantes!
 Parcite, sancta Cohors Patrum, queis credita Legum
 Cura fuit, queis sacra Themis sua jura remittens
 Et fontes jussit punire, insontesque tueri:
 Parcite, si vestras querulis obtundimus aures
 Vocibus; haud facile est dentis tolerare Canini
 Spicula, & infestos quos dira Calumnia morsus
 A tergo infigit. Qui famam negligit, ille
 Censetur Reus, & tacitè supposita fatetur
 Crimina. Vos vite in digitos penetralia nostra
 Excussistis, & arcanâ quæ condita mente,
 Et penitus totos reserastis cordis amictus,
 Vibidio coram, ^{atque} ipso indignante teneri.
 Quid superest? date judicium; favor absit, in ambas
 Fasque nefasque, a quo discrimine, pendite lances.
 Si scelus est, in nos delicti pœna redundet.
 Nil veniâ est opus, aut nostris ignoscere factis.
 Sævite in fontes: nulli sit gratia culpa.
 Hoc unum, per Vos, per Numina sancta, precamur,
 Judicium cito ferte bonis, damnite nocentes.
 Quid juvat insanis rabidè congesta libellis
 Opprobria audire, & recitantem more theatri
 Authorem? Vincant quos vobis vincere certum est.
 Supplicium est eadem toties, eademque precari;
 Et pudet ire, redire vias. Jam fabula vulgo,
 Fabula jam pueris finis, non notior urbi.
 Quo liti mora major erit, mihi credite, major

*Illā erit atque odiis, viresque acquireret eundo.
Vellitur à sese jam Natio tota, nec ullus
Ordo fere est: passimque volant impune libelli,
Nec socius socio, nec amico parcit amicus.
Quisque instar spumantis apri frendensque fremensque
Dente truci, & pando ruit obvius omnia rostro.
Quem sua res tangit, nil publica commoda tangunt.
Quaritis unde malum? sufflamen litis, origo est.
Dum nova sunt, facile est incendia vincere, sed cum
Materiem invenere, furunt, vicinaque sensim
Tecta vorant, & radices populantur ad imas.
En furor in cursu est; Vos o compescite cursum.
Per Vos lis cesset, per Vos furor exulet omnis,
Atque odia, & rixæ viles, & amara querentium
Alloquia, & fama morsus, livorque; suæque
Natio consistat tandem secura quietis.
Quod si protrahitis causam, si iurgia semper
Antiquis nova subiicitis, nec ponitis ulli
Finem litigio: causarum, irarum, odiorumque
Haud unquam modus ullus erit. Satis esse putate
Admonuisse: perit subito Respublica, cum nec
Sontes poena premit, nec habent sua præmia justi.*

Offerebant Nationis Gallicanæ
Proceres vexati, fatigati.

